Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



quadraginta iii. fiunt. Centenarius numerus perfectionem significat. Unde in euangelio dns. Qui reliquerit domum et fres. et cetera usque centuplum accipiet. idem perfectionem mentis consequetur. ut ea quae semel amisit repetere ultra nolit. Quadragenarius quoque numerus in scriptura sacra multis modis ratione perfectionis habetur. siue propter dim. iciunium xl. diebus. pactum. siue propter decalogum legis. et iii. euangelia. in quibus perfectio decalogi continetur. Quaternarius similiter sacratur. propter iiii. flumina paradysi. et iiii. libros euangelii. seu etiam propter iiii. partes mundi. et iiii. uirtutes principales. Quia autem in cubitum manet recte per cubitum operatio manus exprimitur. Muri autem ipsa est ciuitas. Mensus est itaque angelus muros ciuitatis c. xl. iii. cubitus. quia omnes dns perpendit et considerat. quantum singuli electi per auctoritatem iii. euangelii laborant in legis decalogo. quantumque perfectionem mentis exercuerunt. ut ad societatem angelorum peruenire possint. Unde et sequitur. Mensura hominis quae est angeli. Quantum ad litteram pertinet. hic ostendit ipsum angelum quem hic ostendebat iohi. in figura hominis apparuisse. Quantum autem ad altiorem pertinet intellectum mensura hominis quae est angeli. recte ipse angelus ecclam mentitur. quia uidelicet gloria angelorum et hominum in celesti beatitudine equiparentur. Unde ipse in euangelio dicit. Neque nubent neque nubentur. sed erunt sicut angeli dei in celo. Vel ideo mensura hominis quae est angeli dicitur. quia quot angeli in celo per casum arebant angeli. tot homines de terra ascensuri sunt in celum.

Erat structura idem edificatio muri eius. ex lapide iaspide. Iaspis lapis uiridis est coloris. atque ideo dnm ihm xpm significat. quem refectio sanctorum animalium. In contemplatione enim dei omnipotentis. quae est summa electorum refectio et etiam satietas. iuxta illud psalmiste. Dns pascit me et nichil mihi deerit. in loco pascuae ibi me collocauit. Siue etiam per lapidem iaspidem electi exprimuntur. quorum fides nunquam marcescit. sed in uiriditate operationis existit. Ex lapide uero iaspide structura ciuitatis efficitur. quia prius in ecclam fundamentum xpi